

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ascensio x
cum fonte primo

Non solum hodie paradisi possessores firmati sumus,
sed superna celorum in Christo penetrauimus,
ampliora recepturi per suam ineffabilem gloriam
quam per dyaboli perdideramus inuidiam
quia quos dyabolus de primi habitaculi
felicitate eiecit, hos Dei Filius sibi concorporatos
ad Patris dexteram collocauit.

Leo papa in sermone hodierno.

Hodie enim non solum paradisi possessores firmati sumus,
sed etiam caelorum in Christo superna penetrauimus,
ampliora adepti per ineffabilem Christi gratiam
quam per dyaboli amiseramus inuidiam.
Nam quos uirulentus inimicus primi habitaculi
felicitate deiecit, eos sibi concorporatos Dei Filius
ad Patris dexteram conlocauit,
qui uiuit et regnat cum Deo Patre omnipotente
et Spiritu sancto in saecula saeculorum.

Leo Magnus, *Tractatus septem et nonaginta*, 73.4 (CCSL
138A, A. Chavasse ed., pp.453-4, ll.74-81).